BERNARDUS CLARAEVALLENSIS

Österreich, 12. Jh. Seite 100r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tate comprobare an offendere in his consueuerint. et cetera que aliquod factum consecuti aut interuallo soleant consequi. Que necesse est extrinsecus posita adoptione magis tendere. quam ad ipsam rerum naturam. In hec .iiii.or diuiduntur attributa negotio. in continentia cum ipso negotio que facta sunt. in ea que sunt in gestione negotii. que non sunt facta. sed facto adherentia. in adiuncta negotio que sunt in relatione posita. et in consecutione negotii. hoc fides extrinsecus assumitur. His atque huiusmodi tribuit oratori bene dicendi scientiam. Porro ut grammatico conferat recte loquendi scientiam. diuidit dictionem per .viii. partes. singulasque diffinit. multaque ei artis propria elucidat. quo ad perueniat ad constructionem perfecte orationis. Que est comprehensio dictionum aptissime ordinatarum. quomodo sillaba comprehensio litterarum aptissime coniunctarum. Et quomodo ex sillabarum coniunctione dictio. sic et ex dictionum coniunctione perfecta oratio constat. XXIII.

O felix. iuniuque felix liberum arbitrium. ubi est ille oculus animi. qui multis corporalibus oculis. ut ait quidam de a luminis sapientie saluari constituitque sit dignior. quod eo solo lumine uestigari uel inspici ueritas queat. ille in quantum oculus demersus orbatusque corporeis sensibus. his disciplinis rursus illuminandus est. et a nobiscum peccatis sensibus ad intelligentie certiora producendus et sapientie. Est quippe sapientia comprehensio ueritatis. que est suique inmutabilem substantiam sortiuntur. Esse autem illa dicimus. que nec intentione crescunt. nec retractione minuuntur. nec uariationibus permutantur. sed in propria semper uires sue nature subsidiis nixa custodiunt. Hec sunt qualitates. quantitates. forme magnitudines. paruitates. equalitates. habitudines. actus. dispositiones loca tempora. Que ipsa quidem natura incorporea sunt. et immutabilis substantie ratione uigentia. participatione uero corporis permutantur. et tactu uariabilis rei in uertibilem inconstantiam transeunt. Hec igitur